



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. Gerardi Broniense Coenobium, tertio milliari à Namurco, opido ad  
Mosam fl. sito, in Belgio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

dientis, Sallesius d. Lugd. Croperius & S. Sepulchri d. Auernensis. De Marigniaco expressè ait Petrus Venerabilis lib. 3. Epist. 21

## CAPVT LI.

## S. GERARDI BRONIENSIS

*Cœnobium, tertio milliari à Namurco, opido ad Mosam fl. sito, in Belgio.*

*S. Gerardus  
quiescit  
Bronij.*

*An. 913. vs  
habet ad S.  
Chronici Si-  
gebertini  
exemplar  
Lipsianum.*

**P**ipinum secundum, cognomento Herstalium Broniensi in tractu oratorium, seu sacellum ædificasse, illudq; S. Lambertum Tungrensem Episcopum dedicasse, tradunt. Hoc prædium Broniense, cum adiacentibus, à maioribus acceptum, possidebat vir Dei Gerardus, nobilissimam Austrasiorum familiam natus. Is iussu SS. Apostolorum Petri & Paulli, illo in loco cœnobium ædificauit, in quo clericorum sodalitatem instituit, qui more Canonico illic viuerent.

*Talis relligio præcessit tempore primo,  
Donec dante Deo, monachorum inducitur ordo,  
Rebus & officio longè præclarior illo.*

At postea Gerardus in Galliam profectus, in S. Dionysij cœnobio apud Parisios, monasticum vitæ genus est amplexus. Annis hinc nouem monasticis disciplinis egregiè instructus cum parte reliquiarum S. Eugenij Tolerani

rani

tani Episcopi & martyris Bronium redijt, & clericis amotis monachos substituit, eisdemque primus Abbas præfuit. Post ad S. Gisleni Cellense cœnobium reformandum, à Gisberto Lotharingæ Duce, euocatus, clericis ob vitam liberiorē amotis, monachos substituit. Inde in Flandriam ab Arnulfo Comite inuitatus, Blandiniense, Bertinense, Marchianense, aliaque monasteria reformauit, vt octodecim in Flandria monasteriorum rector, ac reformator esse meruerit. Omnibus denique ritè compositis, Bronium redijt, & piè in Christo obdormiuit.

*Hac ex vita Sancti Gerardi fundatoris Broniensis, à monacho eius loci ad Gonterum Abbatem scripta, desumsumus.*

*Meyerus in  
Annal. Flā  
dria ad an.  
940.*

*S. Gerardi obitum Sigebertus in Chronico refert ad annum nongentesimum quinquagesimum nonum: marmorei tamen sepulcri eius inscriptio notat annum nongentesimum quinquagesimum octauum.*

*Broniense porro monasterium Pius III. Pont. Max. & Philippus II. Hispaniarum Rex, Belgarumq; Princeps, Episcopatus Namurcensi, recens tum iustituto, annexuerunt.*

*Exstat apud  
Suriū To. 5.*



DIPLO-